

se-ratione, Quamobrem quæ sunt ex Constitutione Ecclesie...

Sed clarius ad hoc argumentum, in quo Canonice con-

Et primo dicitur hoc argumentum peccare, quia as-

127 Deinde aliquid esse de jure positivo contingit dupliciter.

128 Alio modo quoad substantiam rei, ut sunt officia, & ad-

129 Demum fallacia argumenti Canonistarum convincitur ex

130 Sed rursus adversus prædictam conclusionem insurgit Præ-

131 Sed certe hoc primum fundamentum est valde infirmum:

132 Præterea Concilium Calcedonenſe simili poena condem-

Alterum fundamentum est, quia Inſtitutio beneficiorum

quia utriusque Testamenti Autor est Deus, cui nihil est

Demum, etiã daremus legem veterem aut Evangelium de

Nec videtur subsistere media opinio quam Præpositus ex-

135 Hæc, inquam, distinctio non videtur subsistere, quando-

136 Postremo ad autoritatem Canonistarum responderi potest

137 Quoad tertium articulum Abbas in c. extirpanda, §. Qui

verò n. 55. & 98. de præben. concludit in Hospitalibus &

habet in Romana Curia. Et hæc idem, quia ipse Princeps hoc

138 Ego verò in hoc articulo sic arbitror distinguendum. Aut

139 Abbas doctrinam, in ut recipere pecuniam pro hujusmo-

140 Quod. Quæro, utrum antea in Romana Curia licite

141 Non ergo procedit quod dicit Abbas dantem pecuniam

142 Non ergo procedit quod dicit Abbas dantem pecuniam

aliquot Scriptores tam hereticos, quam Catholicos, qui in

Quintò & ultimo quæro juxta ordinem initio propoſitum,

Et quidem in illis casibus, in quibus etiam Papa potest

143 Sed certe Abbas videtur falli, quia Papa dum facit ac-

144 Non ergo procedit quod dicit Abbas dantem pecuniam

145 Non ergo procedit quod dicit Abbas dantem pecuniam

reperat & summis perturbationibus agitur minus vacare poterat negotiis peragendis, patet ex Historia Concilii Florentini, tom. 4. Concil. part. 1. fol. 411. Quod dicitur ante exceptionem Episcopi Fortigari Capitulum Atrebatense fuisse subiectum prius Archiepiscopo Rhenensi, ac postea Cameracensi. est merum commentum, nam exemptio illa ab initio fuit nulla, cum Episcopus non possit Ecclesias sibi subiectas pleno jure extirpare secundum communem sententiam Canonistarum in c. Cum venerabilis, ubi Abb. numer. 3. d. cens. Feder. de Sen. conf. 121. Quasitio talis est, An Dicesanus num. 4. Abb. in c. Cum olim, il. 2. num. 4. de privil. Pelin. in cap. Cum inter n. 4. ab circa princ. vers. In contrarium, de re judic. Ubi testatur hanc esse magis communem opinionem. Unde propter confirmationem Apostolicam illa fuit simplex exemptio Papae, c. Constitutus, de religiof. domib. per quam manifestum est Capitulum remansisse immediate subiectum Sedi Apostolice, ut est text. in cap. Si Papa de privil. lib. 6. & notant Doctores in cap. Cum inter vos, supra de consuetud. Et

rovera saepius audivi a Procuratoribus Episcopi Cameracensi eundem Archiepiscopum nihil juris pretendere, nec ullam Jurisdictionem sibi vendicare in Capitulum Atrebaten. sed Capitulum ipsum allegat ut remaneat accephalum, c. Nulla ratione 93. dist. c. Abbatibus 18. quest. 2. & notat Host. in c. Conquerente num. 8. in ver. Subjectionem supr. de Offic. Ordin. Ac praeterea etiam per dictam exemptionem remansisset sub Cameracensi jure Metropolitanico; tamen Concilium c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. videtur sustulisse non solum exemptiones eorum, qui subsunt immediate Sedi Apostolice, sed etiam eorum, qui aliis, quam suis Episcopis subiacent ob amplissimas derogationes, quibus utitur, usque ob rationis identitatem.

Inquirendum hic esset an Concilium Tridentinum d. c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. sustulerit concordias a Sede Apostolica confirmatas in forma comment: sed hunc articulum plene examinavi in c. Si quis a num. 24. usque in fin. infr. de confirm. util. vel inutil.



DE POSTULANDO.

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT I.

Clerici in subdiaconatu, & supra: in ordinibus quoque minoribus, si stipendiis Ecclesiasticis sustententur, coram seculari iudice advocati in negotiis secularibus fieri non praesumant: Nisi propriam causam, vel Ecclesiae suae fuerit profecti, aut pro miserabilibus forte personis, quae proprias causas administrare non possunt.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus in sacris vel minoribus beneficiatus in foro seculari postulare non debet, nisi pro se, vel sua Ecclesia vel miserabili persona.
- 2 Clericus opprobrium est si se peritos disceptationum forensium offerant.
- 3 Clerici in minoribus non beneficiati non prohibentur esse Advocati etiam pro laico in foro seculari. Et quid sit aliunde habeant unde commodè vivere possint num. 5.
- 4 Et quid in Clerico in sacris non beneficiato, & indigente & num. 6.
- 5 Clerici etiam in sacris, & beneficiati coram Ecclesiastico iudice etiam pro laico patrocinari non prohibentur.
- 6 Advocatus Clericus an possit salarium exigere.
- 7 Clerici quomodo generaliter prohibentur esse Advocati, tamen unum negotium administrare non prohibentur.
- 8 Clerici in sacris non beneficiati possunt in foro seculari esse Advocati pro negotiis, & causis Ecclesiasticis.
- 9 Causa Ecclesiastica, qua coram iudice laico tractari possit, dicuntur ratione personae, delicti, aut rei & num. seqq.

- 10 Clericus potest pro Clerico esse Advocatus in foro seculari.
- 11 Fidei iudex non potest Clericus pro laico, & tamen potest pro Clerico.
- 12 Advocatus in causa propria potest esse quilibet Clericus, nec cogitur Procuratorem constituere.
- 13 Agere per se ipsum facilius est, quam alium conducere.
- 14 Advocatus pro Ecclesia sua quilibet Clericus esse potest.
- 15 Item pro miserabilibus personis.
- 16 Et quid si tales sint divites, nec sit timor oppressivus.
- 17 Item pro personis conjunctis.
- 18 Clericus in sacris, & beneficiatus non prohibetur domi consulere etiam in scriptis & num. seqq.
- 19 Postulare quid sit.
- 20 Advocations & procurations munera Clerici in Romana Curia exercent ex tolerantia Pontificis.
- 21 Advocatus in causa sanguinis Clericus esse non debet etiam pro reo.
- 22 Irregularis an sit Clericus, qui fratrem suum criminaliter accusatum suo patrocinio adjuvit, propter quod accusatus fuit decapitatus.

Clerici. Clericus in sacris, vel minoribus beneficiatus in foro seculari postulare non debet, nisi pro se, vel sua Ecclesia, vel miserabili persona. Hoc dicit. Secundum Joan. Andr. cui ceteri consentiunt. Dividitur in duas partes. Primò ponit prohibitionem, à qua. Secundo exceptit, ibi, Nisi.

Nota primò ex hac Decretali regulam negativam cum sepe de declarationibus, quae infra juxta ordinem litterarum explicabuntur, quibus si adjuverint alias tres habebis totam materiam breviter & dilucide explicatam.

Regula igitur haec est. Clericus in sacris, vel in minoribus beneficiatus advocations officium exercere non possunt; & ita hic est casus secundum Bald. Opprobrium enim est Clerici si se peritos disceptationum forensium ostendere voluerint, leg. Reperita, C. De Episc. & Cleric. l. Consulta divitia, C. De testam. gloss. ult. hic & communiter Doctores.

Declaratur primò hac regula, ut locum non habeat in Clericis minorum ordinum non beneficiatis: nam cum tales

hic prohibentur postulare si stipendiis Ecclesiasticis sustententur; ergò à contrario sensu si talibus stipendiis non sustententur & sic beneficium non habeant, non prohibentur; & ita hic firmant gloss. 1. vers. videtur à sensu contrario. Innoc. in princ. dicens: Si tamen non sunt beneficiati & in inferioribus constituti, possunt coram seculari iudice litigare. Host. num. 1. licet Codex lit. mendosus. Joan. Andr. n. 2. vers. Constituti verbò. Abb. in 1. n. 4. vers. Si verbò est Clericus in minoribus.

Sed circa hoc emergit duplex difficultas. Prima difficultas est. Numquid haec prohibio locum habeat in Clerico in sacris, qui de facto competens beneficium non habet.

Ad partem affirmativam inducitur hoc capitulum quod constituit differentiam inter Clericos in sacris & in minoribus: nam Clericos in sacris, prohibet fieri advocatos simpliciter & absolute; in minoribus verbò ita demum si stipendiis Ecclesiasticis sustententur. Ergò in sacris constituti prohibentur, licet beneficium non habeant. Et hanc differentiam agnoscunt Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. & om-

nes supra in summatario. Praeterea ordinatus ad sacros sine competenti titulo potest agere contra Episcopum, ut sibi providet, cap. Episcopus si aliquem & cap. Cum secundum, infra de Praeben. Ergò non subest causa cur liceat ipsi advocations officium exercere. Et hanc partem sequitur gloss. 1. hic, dicens de iis, qui sunt in majoribus ordinibus aliud esse dicendum, quam de minoribus Clericis, quia illi in foro seculari advocare non debent; & sine titulo sunt promoti; Episcopus debet eis providere.

Contrarium & melius tenet hic Hostiens. num. 3. vers. Sed & constituti & num. 8. ubi firmat, Clerici sacrorum ordinum, qui de facto egent, hac necessitate instante, licet esse etiam advocations officio sibi victum quaerere, argum. c. Clericus victum 91. dist. & l. 2. C. De patr. qui fil. distraxer. cap. Constituti, §. ult. de observat. jejun. & sequitur Abb. hic num. 4. Nec obstat consideratio gloss. quòd talis egere non possit, cum Episcopus debeat ei providere. Quoniam ut respondet Abb. fortè hoc ab Episcopo obtinere non potest vel propter impotentiam, vel indigentiam Episcopi; vel aliam causam & sanè licet Clerico in sacris opus rurale exercere, ut c. 1. de celebr. missar. d. dist. 8. cap. Nuncquam, de consecr. dist. 5. & rudem materiam emere, ut illam redigat in aliam formam, ut c. Ejiciens 88. dist. 8. & notat gloss. un. in cap. Canonum, 14. q. 4. quin imò & negotiationem seu mercaturam exercere, si ex artificio nequeat sibi victum comparare, ut dixi in cap. Secundum inquitata, numer. 8. & 9. infr. qui Clerici, vel Monachi, longè magis eis licere debet urgente, ac necessitate victum sibi quaerere advocations officio, cum hoc magis congruat dignitati Clericali: nam Advocati dicuntur Republicam defendere nec minus profunt humano generi, quam milites armata militrix, ut l. Advocati, C. De Advoc. advers. judic. quod venius, & aequius videtur.

Secunda difficultas est, an prohibitio hujus Decretalis vendicti sibi locum in Clerico in minoribus, qui licet beneficium Ecclesiasticum non obtineant, tamen aliunde habeant unde commodè vivere possint.

Ad partem negativam inducitur haec littera, quae interdicit Advocations officium minoribus Clericis si redditibus Ecclesiasticis sustententur. Ergò à contrario sensu si non sustententur redditibus Ecclesiasticis, sed Patrimonialibus vel aliunde questis, non obtinebit haec prohibitio.

Contrarium puro verum, quia Clericus minorum ordinum etiam non beneficiatus non licet secularibus negotiis se immiscere, si aliunde habeant unde sustententur, ut latissime probavi in cap. 1. num. 83. usque in fin. infra. Ne Clerici, vel Monachi. Officium autem advocations in foro seculari est unum ex quatuordecim secularibus negotiis, quae Concilium Moguntinum interdicit Clericis in d. c. 1. per illa verba, In sacris secularibus distatate, ubi gloss. allegat text. nostrum. Ergò hoc officium interdicitum est Clericis etiam non beneficiatis si aliunde necessarium habeant sustentationem.

Nec refragatur hac Decretalis, quae videtur suam prohibitionem restringisse ad Clericos, qui sustententur redditibus Ecclesiasticis. Quoniam in hoc respicit ad id, quod de jure esse debet, quia etiam ad minores ordines quis promovendi non debet sine titulo, ut cap. Non licet, & ibi dixi post gloss. 1. & Abb. num. 1. & 2. infra de Praeben. licet de facto non servetur: sed si titulo careant de facto, & tamen aliunde habeant unde sustententur, idem dicendum videtur, quia cessat causa necessitatis propter quam permittitur Clericis iustum negotium exercere, ut in d. c. 1. vers. Nec tamen jussum negotium. Ne Cler. vel Monach. & notat gloss. in sum. circa fin. 14. quest. 3. & Hostiens. hic num. 8. vers. Quid ergò si de facto egent; & cum hoc capitulum in conditione illa si redditibus Ecclesiasticis sustententur, respexit unum & determinatum finem, ut scilicet non immisceant se negotiis secularibus Clerici non indigentes: non refert quid ex aequipollentibus fiat, ut l. fin. ff. Mandati. Unde quavis beneficio careant si tamen non egent, eo quòd bonis patrimonialibus abundant, non videtur eis dicere coram seculari iudice causas agere, cap. Quod pro necessitate, 1. quest. 1. ad hoc bonus textus in cap. Episcopus, il. 3. ibi Nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hereditate subsidium vita possit habere, infra de Praeben. & secundum hoc non erit differentia inter Clericos in sacris & Clericos in minoribus, & conditio illa, si stipendiis &c. ad omnes erit referenda, nam si habeant unde vivant, nec illi, nec illi poterunt in negotiis secularibus patrocinari: si verbò non habeant & indigeant, utique poterunt tam illi, quam isti: nam necessitate cogente etiam Clerici sacrorum Ordinum licitum est postulare, ut hic firmant Host. num. 8. Joan. Andr. num. 6. in ver. Non praesumant, & num. 11. circa fin. vers. Tamen si de facto egent: & Butr. num. 4. & ita in hoc majores vel minores Clericos

pari passu ambulare affirmat Abb. num. 4. vers. Si verbò est Clericus in minoribus.

Nec praedictis adversantur gloss. & Doctores supradicti num. 5. quia dum dicunt Clericos in minoribus non beneficiatos posse postulare supponunt eos esse pauperes propter defectum tituli, sine quo de jure non sunt promovendi, ut praedicti, & adde quod scripti in cap. Si ut te num. 27. & infr. Ne Cleric. vel Monach. ubi pluribus probavi, minores Clericos etiam non beneficiatos si aliunde habeant unde sustententur, non posse tabellionatus officium exercere, cum & illud sit genus negotiationis.

Declaratur secundo principalis regula superius firmata, ut locum habeat in foro seculari duntaxat, ut patet in text. ibi, Coram seculari iudice. Ergò à contrario sensu in foro Ecclesiastico Clerici etiam in sacris & beneficiati pro laico advocare non prohibentur: & ita per hanc litteram tenent Innocent. numer. 1. Abbat. Antiqu. numer. 3. Hostiens. numer. 8. in ver. seculari. Card. in 1. notab. & communiter Doctores, ut Abb. Siculus testatur numer. 3. & idem Abb. in c. Per venerabilem, n. 2. qui filii sint legis in cap. 1. num. 3. Ne Cler. vel Monach. & in cap. Cum essent num. 2. de testam. Feder. de Sen. conf. 270. Quod Clericus in princ. ubi respondit Clericum esse posse procuratorem laici in Curia Ecclesiastica, adiciens hoc probari in cap. Per venerabilem infra, qui filii sint legis. ubi apparet Archiepiscopum Arelatensem fuisse Procuratorem Regis in Audientia Papae & notat Innoc. in c. unice. num. 3. in ver. Imitari circa fin. vers. Intellego supra de obligat. ad ratiocin. confere text. in c. Cum pridem supra de post. quae tamen declaratio fallit in Sacerdote, qui nec in foro Ecclesiastico potest regulariter patrocinari, ut plene scripti post Innoc. Joan. Andr. & alios in c. ult. in 1. not. infra eod. An autem in casibus in quibus Clericus potest esse Advocatus, possit salarium exigere, vide textum in c. 1. & §. Hoc autem 15. qu. 2. & quod hic notant Abb. Antiqu. num. 2. & alter Abb. n. 5.

Declaratur tertio, secundum Innoc. in dicto cap. unice. in 9. fin. de obligat. ad ratiocin. ubi singulariter sic ait: Ubicumque invenitur, quòd Clerici non possunt esse Procuratores vel Advocati, intelligendum est generaliter: nam unum negotium Clericorum vel Laicorum procurare vel administrare non prohibentur: & hoc dicitur Innocentii sequuntur Archid. in cap. Pervenit num. 1. vers. Ipse tamen Innocentius 86. dist. 8. & Feder. de Sen. in praellig. conf. 270. num. 1. vers. Potest etiam esse Procurator Abb. in d. c. Per venerabilem num. 2. vers. Quin imò plus dico, qui fil. sint legis. & in c. Cum I. & A. num. 12. vers. Secundo considero de sent. & re jud.

Declaratur quarto, ut procedat in negotiis secularibus tantum prout loquitur hoc capitulum. Unde à contrario sensu in negotiis & causis Ecclesiasticis Clerici etiam in sacris & beneficiati non prohibentur patrocinari coram iudice seculari: & ita arguit Innoc. hic num. 3. cui adhipluntur Host. num. 9. in ver. Negotii, Joan. Andr. num. 3. in ver. Secularibus, Butr. num. 3. Cardin. in 14. quest. & reliqui omnes.

Dicitur autem negotium Ecclesiasticum, quod coram seculari iudice tractari potest: ratione parsonae, veluti si Clericus agat contra laicum, quia sequi debet illius forum, c. Cum sit generale & cap. Si Clericus laicum de foro compet. & hinc colligitur Clericum posse pro Clerico postulare in foro seculari; secundum Host. hic num. 11. Joan. Andr. num. 3. in ver. Sa. ularibus. Et est simile: nam Clericus non potest fidei iudex pro laico, cap. Te quidem 11. q. 1. & tamen potest pro Clerico c. 1. 2. & 3. de fidei. item dicitur negotium Ecclesiasticum ratione delicti, ut quia pro sacrilegio vel alio crimine mixti fori Ecclesia voluit convenire laicum coram iudice seculari, quod potest, ut in d. c. Cum sit generale. Item ratione rei, de qua agitur, puta quia est Ecclesiae secundum Host. d. n. 10. In his casibus poterit Clericus esse advocatus etiam in foro seculari, ut hic per Abb. num. 3. in ver. In negotiis secularibus.

Declaratur quinto proposita regula, ut non procedat in causa propria in qua Clericus quilibet bene potest esse Advocatus in foro seculari, ut patet in textu ibi, Nisi propriam causam & notat Innoc. cum 1. vers. Sacerdotes autem neque enim cogitur in propria causa Procuratorem constituere, c. Querelam infra de Procur. & facilius est per se agere, quam alium conducere, secundum Hostiens. hic n. 12. Joan. Andr. num. 7. & Bellam. num. 1. in ver. Propriam causam, & vide gloss. in c. De occidendis in ver. Pro se 23. quest. 5.

Declaratur sexto, ut non procedat in causa Ecclesiae suae cui Clericus deesse non debet, secundum Hostiens. num. 12. Joan. Andr. num. 7. & Bellam. numer. 1. omnes in verb. Ecclesiae suae.

Declaratur septimò, ut locum non habeat in causis miserabilium personarum, ut viduarum, pupillarum, orphanorum & consimilium, quae proprias causas administrare non possunt, ut dicitur in text. & probatur in c. 1. & per tot.

Quanta autem hinc pericula, & mala Ecclesie Dei proveniunt esse nemo non videt. Ad hoc bonus textus in cap. Inducorum, & quod ibi annotavi supra de elect. atat. Et quare. Ne dicitur hoc absurdum posse contingere etiam in Collegio Cardinalium: nam responderetur id moraliter esse impossibile. Tum quia ratio sanguinis erga unum non concurret eque in omnibus Tum quia integrum est iudicium quod plurimorum sententia confirmatur, cap. Extra, 63. dist. cap. Prudentiam, supra de offic. deleg. & multis argumentis comprobatur Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 2. cap. 51. Unde Bald. in d. cap. Licet numer. 9. de elect. querens an possit opponi Papa quod sit Hermaphroditus, surdus vel mutus. Responderet his verbis, Cardinales non facerent ita fatuam electionem, & ideo non debet fieri questio de ambagibus & inestis. Hec Baldus. Quin imo, ut inquit Augustinus. Triumph. de potest. Eccles. quest. 2. art. 2. quia plura vident plures, quam unus, quia homines iudicant de his, quae foris patent, solus autem Deus intuetur cor, ideo talis electio caret errore, & meretur foveri hoc divinam inspirationem ipso Salvatore dicente. Matth. 18. 20. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Ad extremum ex institutione successoris Collegium Apostolicum, quod est honorabilis Ecclesie membrum, cap. Constantinus 96. dist. privaretur iure eligendi Romanum Pontificem, quod habet ex consensu universalis Ecclesie, & in eius possessione per tot secula existit, ut cap. In nomine Domini 23. dist. & c. Licet de vitanda, supra elect. cum suis concord. Augustinus. Triumph. de potest. Eccles. quest. 3. art. 7. Idque per quam convenienter, ut solidis rationibus probat Cardin. Turrecrem. citatus in summa de Eccles. lib. 2. cap. 51. contra thulium errorem Joannis Vviclei dicentis electionem Papae a Cardinalibus per diabolum esse introductam: & August. Triumph. ubi supra quest. 2. art. 2. & 3. Repugnat autem naturali rationi, ut Cardinales hoc iure sibi questio sine iusta & necessaria causa spoliarentur, reg. sine culpa lib. 6. & notat Card. conf. 142. vers. Sed his litteris non obstantibus, ubi late offendit hoc esse peccatum & impossibile etiam Papae. Quod plenius prolequitur in cap. Consultationibus in 2. quest. per totam materiam num. 57. infra de Cleric. agrot. adeo ut propterea si Cardinales viderent sibi hanc potestatem ademptam, quae ipsos ubique locorum & gentium tam spectabilis & honorabilis reddit, timendam fore ne successoribus a Papa electio negarentur Canonica obedientia & schismata in Ecclesia suscitarentur: cum praeteritum sententia negativa sit Canonistarum omnium & graviorum Theologorum consensu recepta & melioribus facta rationibus ang. Clem. 1. §. fin. de sum. Trinit. & fide Cathol. & Papa volens turbare statum universalia Ecclesie, non sit tollendus, ut inquit, Innoc. in cap. Quanto ad fin. vers. si Papa de consuetud. & alii supracitati num. 32.

Nunc reliquum est ut ad argumenta contraria respondeamus. Ad primum igitur responderetur negando consequentiam: nam Christus ut supremus Dominus potuit de re sua, id est Ecclesia, absolute disponere, & camque suo arbitrio fundare; non sic alii Pontifices, qui non domini, sed dispensatores existunt. Ita Cardinal. Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 2. d. cap. 51. col. 3. vers. Cateram. Preterea ut inquit August. Triumph. de potest. Eccles. quest. 2. art. 2. in corp. Christus fuit Deus & homo: ideo in suo iudicio non potuit falli, neque fallere, sed quia iudicium humanum est fallibile, quia parus homo potest falli & fallere; ideo convenienter fuit post Christi ascensionem & post mortem illius, qui immediate a Christo electus fuit, ut promotio cuiuslibet alterius summi Pontificis fieret per electionem, ut ex collatione & concordia plurium talis electio careret errore & mereretur suscipere divinam inspirationem. Hec ille. Quin imo ipse quoque B. Petrus ministerialiter etiam ab Apostolice electionis fuit post Domini in caelos ascensum, ut patet in 55 d. cap. in novo 21. dist. & d. cap. Sacrosancta 22. dist. Deinde ad primum argumentum sic respondet Dec. in cap. Licet de vitanda num. 8. de elect. videlicet quod Christus fecit ut homo nostra est instructio, fecit quod fecit ut Deus: nam ipse ambulavit super aquas & jejunavit quadraginta diebus & ad haec nos non attingimus, quia talia miraculose fecit ut Deus. Deus autem Petrum sibi successorem instituit, eique potestatem contulit ligandi & solvendi, non ut homo, quidquid ibi dicit Decius, sed ut Deus operatus est, ut patet 22. dist. cap. Ita Dominus & cap. Omnes, ubi dicitur: non ergo quilibet terrena sententia, sed per illud verbum, per quod constructum est caelum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam, cap. Saluta & Petrus de major. & obed. ubi Pontificalis autoritas non a quolibet, sed a Deo dicitur instituta, cum suis concord. Unde & Ecclesia dicit: Deus, qui B. Petrus Apostolo collatis clavibus Regni caelestis ligandi, atque solvendi Pontificem tradidisti.

Ad secundum argumentum responderet Turrecrem. in cap. Si transitus num. 2. vers. Ad secundum 79. dist. post gloss. ubi, in ver. Non possit. non esse tradendum ad consequentiam factam B. Petri sibi Clementem substituentis. Quoniam motus fuit inspiratione divina, nam & ad ejus umbra curabantur infirmi, sicut cap. Si non licet 23. qu. 5. & cap. Duo sunt 19. qu. 1. Preterea substitutio illa effectum non habuit, nec eam sanctus vir acceptavit, sed Petro immediate successit Linus, Lino Cletus & Cletus Clemens, ut tradunt Ignatius Martir. in Epist. 4. ad Marcionem Cassopolitanum, quae habetur tom. 1. Concil. part. 1. fol. 25. col. 2. littera B. Iraneus lib. 3. cap. 3. Epiph. haer. 37. Optat. Milevit. lib. 2. August. Ep. 161. & Hieronim. secutus Optatum in lib. de Scriptur. Ecclesiast. in Clementem caput. 15. ubi Clementem ponit Quartum Pontificem, corrigens sententiam, quam dixerat, in cap. 51. Ista in fin. Quod ipsum constat. ex Martirologio, Breviario Romano & Canone Missae, ubi post Linum Cletus, deinde Clementis fit commemoratio, licet non deint quae contradicant. Unde gloss. in cap. 1. in ver. Aut ligandi 8. quest. 1. recitat verum.

Dispatat hic mandus, quartus, fuerit secundus. Etenim, ut inquit glossa ibi, post B. Petrum Clementis animadversio perniciosum fore exemplo, ut alius sibi eligeret successorem, renunciavit Papatu, in mandis scilicet Sacerdotum, qui tunc Romae aderant: vide August. Triumph. de potest. Eccles. quest. 2. art. 2. in responsione ad primum. Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 2. cap. 51. col. 3. vers. Nec obstat quod B. Petrus, & Baron. ad annum Christi 69. num. 29. & notat ad Epistolam, & Decreta Clementis Papa 1. tom. 1. Concil. part. 1. fol. 25. col. 2. littera C. & Platina in vita ipsius Clementis pag. 8. cap. His accedit, quod de fide Epistola superius relata num. 20. unde hoc factum delimitur, merito hauriri potest, quia ut alia omittam, cum scripta sit post obitum S. Petri & sic post annum Neronis decimum tertium, scribi non potuit ad Jacobum Fratrem Domini, qui teste Hieron. de Viri illastr. 30. Neronis anno precipitatus fuit Hierosolimis & vertice templi. Quare illa Epistola vel non est Clementis vel scripta fuit ad Simonem, qui similiter fuit Frater Domini & vox Jacobum, mendose inrept. Lege Baronium ad annum Christi 69. fol. 689. & Postea, in appar. sac. in ver. Clementi Romanus.

Ad tertium responderetur factum illud Bonificii II. in Concilio iterum congregato ab omnibus reprobatum fuisse, ut idem Anastasius testatur dicens: Eodem tempore facta iterum Synodus, hoc consenserunt Sacerdotes omnes propter reverentiam S. Sedis. Et quia contra canones hoc fuerat factum & quia culpa eorum respicienda successores sibi constituerit ipse Bonificius Papa ream se confessus est. Mox statim quod Diaconum vigiliam sua subscriptione Chirographi ante confessionem B. Apostoli Petri constituit, ut istum constitutum in praesentiam omnium Sacerdotum & Cleri & Senatus incendio conjunxisset referret tom. 2. Concil. part. 1. fol. 643. col. 2. littera C. Unde ex tam insigni retractione validissimum desumitur argumentum pro hac sententia. Sed & Silverius Papa in decreto anathematis in vigiliam exprobat, quod contra iura Canonica tempore Bonificii ipse vivente successores ejus designare conatus fuerat, ut patet ex Epistola ipsius Silverii ad Vigilium Mediodapanum quae habetur tom. 2. Concil. part. 1. fol. 772. col. 1. & vide Baron. tom. 7. ad annum. 511. fol. 166. Alia vero exempla in contrarium adducta num. 22. praeterquam quod adversantur decreto Simmachii Papae in d. c. Si transitus 79. dist. non videntur obitare, quia si accuratè considerentur, illae non fuerunt substitutiones successorum, sed potius designationes. Pontifices enim a Cardinalibus rogati indicantur quem dignum putarent Cathedra Petri, salvis tamen Cardinalium iustis. Ideoque nullus ex designatis post obitum Pontificis designantis gessit se pro Papa nisi post sublecuram Cardinalium electionem. Ad hoc cap. Petrus 7. quest. 1. ubi, Si enim optum exponeris, tibi successorem designa, ut hic veniat ordinandus.

Ad quartum responderet gloss. in d. c. Si transitus in ver. Non possit 79. dist. dicens aliud esse de sui successione electione cum fratribus deliberare quod ibi permittitur, & potest fieri & aliud ex testamento quasi dignitate sua haredem substituere, quod penitus prohibetur, ut cap. Episcopos non, 8. quest. 1. & cum illa glossa transeat ibi Archid. Bellam. Turrecrem. & reliqui omnes. Quae responsio ad litteram est Gratiani in cap. Apostolica, §. His omnibus 8. quest. 1.

Ad quintum responderetur negando consequentiam: nam 63 secundum Hugonem relatum in d. cap. Si transitus ab Archid. num. 1. & Turrecrem. eod. num. vers. Ad tertium. Multa sunt quae alii indiligemus quae nobis indulgere non possimus. Episcopus enim saepe cum aliis dispensat, privilegium vel honorem aliis confert, quae ipse sibi impendere non possit, quia nemo sibi honorem assumit, c. in servituta 8. quest. 1. Ad hoc bonus text. in c. fin. de instit. & in c.

debitum cum concord. de quibus in gloss. 1. infra de Instit. Adde quod in d. cap. Petrus 7. qu. 1. non continetur indultum sibi successorem substituendi, sed designandi, ut scripsi in cap. Nulla num. 79. & seqq. de concess. praeb. ubi plene videas de intellectu illius textus & adde Augulin. Triumph. d. quest. 2. art. 2. in respons. ad 2.

Ad sextum nempe ad cap. Adriani, & c. in Synodo 63. dist. responderetur illos Canones esse Apocryphos, & commenticiosos & primum illorem autorem fuisse Sigebertum Monachum, qui honoris avidus illos mendacissime concipit ad occupandum gratiam Imperatoris schismatici & Gratianus nimis credulus hanc fabulam & impostoris Commentum veluti historiam decreto suo inseruit. Lege Cardinal. Baron. ad annum 526. & 555. & perlerit ad annum 774. a num. 10. & ad annum 964. a num. 22. Suar. de defens. fid. Cathol. contra Anglicanae sectae errores lib. 3. cap. 29. num. 7. Card. Bellarm. de Summo Pontifice lib. 2. cap. 23. & de Clericis cap. 9. & notat in vita Adriani Papa 1. tom. 3. Concil. part. 1. sess. 1. fol. 421. col. 2. Sed quatenus predicti Canonibus electio esse adhibenda fides & tamen confirmatio electionis, quam ex asserto indulto Apoll. Sedis tunc temporis concedebat Imperatores, non conferbat Papae auctoritatem Papaeus alioquin Papaeus esset ab Imperatore, quod est haereticum, cum sit a Deo tantum, c. Omnes & c. Sacros. 22. dist. sed gloss. dicit obare factio, ut schismatici & haeretici non auderent contravenire, ut optime declarat Turrecrem. in d. cap. Adriani numer. 1. Adde Cardinalem Albanum in tract. de Cardin. quest. 32. ubi pluribus probat summum Pontificem non posse alteri imperii facultatem eligendi Papam; quia regula est neminem facere posse quod per se facere non potest, ut in regula Sexti, quod alieni suo cum suis concord.

Ad septimum responderetur aliud esse ut Papa Cardinalibus faciat constitutionem super modo electionis Romani Pontificis, quod potest ut in iuribus ex adverso allegatis; aliud ut creet sibi successorem, quod ei non licet, sicut non licet ex testamento sibi adscribere dignitatem. Ita ad calumiam responderet Paul. de Eleaz & post eum Card. in Clem. Ne Ro-

mani 4. quest. num. 5. de elect. & Gambar. in Extravag. Julii II. num. 96.

Ad ultimum responderetur hanc prohibitionem sibi eligendi successorem non initti solum iure Canonico, sed etiam iure divino & naturali, ut superius monstratum est a num. 18. Nec refragatur §. His omnibus 8. quest. 1. in contrarium adductus. Quoniam non loquitur in Papa, sed in Episcopis, qui ad exemplum B. Petri substituebant sibi successores. Id quod fuit eis invenitur ex Constitutione Ecclesiae; & ideo Papa potest cum eis dispensare, prout dispensavit cum Archiepiscopo Moguntino, ut in c. Petrus 7. qu. 1. sed hinc non licet inferre, ut Papa possit sibi successorem ordinare, ut dictum est supra in responsione ad quintum argumentum num. 63. Similiter non refragatur quod Moyses potuisset sibi in Principatu filios substituere, ut dicitur in dicto cap. Moyses 8. quest. 1. Nam responderetur id verum esse antequam divina prohibitio intervenisset ut ibi notat gloss. in ver. Potuit. Et ad ponderationem, d. cap. Si transitus 79. dist. responderi potest nec absolum esse, nec in futurum ut leges prohibitive ferantur ab Ecclesia etiam de his, quae Lege Divina damnantur, cap. Cam tu, & ibi gloss. in ver. Sive post infra de usur. cum multis similib.

Demum ad id, quod addit victoria circa utilitatem huius substitutionis cum Augustino Triumpho de potest. Eccles. quest. 2. art. 3. ad 4. respondeo dururam Ecclesie vacationem quandoque esse bonam, si fiat propter bonum finem, ut si fiat propter hoc ut sufficiantior, & & sanctorum quareatur. Tutius enim est, aut saltem minus malum populo Christiano tempore aliquo Pastore carere, quam discolum, sultum & malum habere, qui non ut Pastor, sed ut Mercenarius proprium bonum quaerat, vel ut lupus oves disperdat. Ad hoc c. Tres person. 23. q. 4. Rursus ut idem ait in responsione ad secundum discordia, lites, imo & contentiones possunt esse in electione Papae aliquo peccato, dummodo sic discordantes ordinent eorum conscientiam ad bonum statum Ecclesiae. Ad quod inducit auctoritatem Danieli 10. ut ibi per eum, Salvo & c.

DE TRANSACTIONIBUS.

Alexander III. Abbati de Straphor. & Priori de Phe.

CAPUT VIII.

Veniens ad Apostolicam Sedem clementiam Magister G. de Favill. sua nobis in finuatione monstravit, quod Monachi majoris Monasterii terras in Parochia sanctae M. de Marchia excolunt, & ab eadem Ecclesia coloni eorum omnia Ecclesiastica, tam necessaria quam voluntaria, suscipiunt sacramenta; & tamen eidem Ecclesiae decimas solvere contradicunt: & infra. Arbitrantur autem se posse tuem cujusdam transactionis prae-textu, inter praefatos Monachos & quemdam sacerdotem memorati G. praedecessorem factae, ut de duabus carruatis terrae, quas in dominio suo Monachi tenent, tertiam tantum decimarum partem exolvant: & infra. Mandamus, quatenus nisi praefati Monachi, transactionem praescriptam auctoritate Apostolica confirmatam esse docuerint, cum alias inter personas facta potius quam inter Ecclesias videatur: nec pacta inter alios acta aliis obesse patiamur: ipsos & agricolas, decimationes ex quibuslibet rebus provenientes ex integro, & illarum quas illicitè detinuerant, iustam aequitatem restituerent eidem Ecclesiae compellatis.

SUMMARIUM.

- 1 Transactionis facta de rebus Ecclesiae per Praelatum sine consensu superioris non obligat successorem.
- 2 Sed valet in praedictum transigentis, & quandoque Ecclesiam possidebit.
- 3 Transactionis personalis efficitur realis, & obligat etiam successores si fuerit per Sedem Apostolicam confirmata ex certa scientia.
- 4 Papa potest facere ad transactio, quae nulla est, sit ali-
- 5 qua.
- 6 Plus de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliud.
- 7 Concordia per Papam confirmata ex certa scientia, & cum causa cognitione non sunt sublata a Concilio Trident. c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. & num. 10.
- 8 Secus in pacto gratuito.
- 9 Transactionis omnis est pactum, sed non est converso.
- 10 Arbitrarij Episcopi concordia, seu exemptio an fuerit &



DE PACTIS.

Idem Alexander III Archiepiscopo Eboracen.

CAPUT V.

Accepimus quod quedam Ecclesie Clericis sint tali tenore concessa, quod post eorum obitum, alii nominatim succedant. Verum quoniam hoc iniquum est, & sacris Canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari. Mandamus quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles, & iniquas, appellatione cessante, prohibeas & omnino frivolas & inanes esse decernas.

SUMMARIUM.

- 1 Actum de succedendo post mortem Pralati in ipsius Ecclesia non valet & num. 12. & 14.
2 Dignitas Ecclesiastica non acquiritur successione, seu iure hereditario, sed Canonica institutione.
3 Pactum futura successione in beneficiis Ecclesiasticis votum castitatis inducit.
4 Educari non debet apud substitutum ex fideicommissio, cui per obitum succedendum est.
5 Pactum de hereditate viventi valet, dummodo ille consenserit & in consensu usque ad mortem perseveraverit.
6 Pactum de succedendo in beneficio non sustinetur ex consensu beneficiati.
7 Successio in beneficio viventi a iure improbat in vacatione per obitum duntaxat, non autem per Matrimonium, per ingressum Religionis, aut per alios modos vacationis.
8 Pactum initum tempore prohibito non valet, licet ejus effectus conferatur in tempore permisum.
9 Citatio, qua fit die feriato pro non feriato, non tenet.
10 Actus confirmari non potest si adit inhabilitas persona a principio.
11 Hares potest institui in tempore cum capere poterit.
12 Principium an sit spectandum vel finis.
13 Successio in Ecclesia Dei est detestabilis, & Canonibus inimica.
14 Beneficium non potest alicui conferri ab Episcopo cum pacto, ut ei post mortem alius succedat.
15 Pralatus non potest sibi eligere Successorem nisi cum autoritate Romani Pontificis.
16 Papa an possit sibi Successorem substituere & num. seqq. usque in fin.
17 Referantur auctores & fundamenta pro opinione affirmativa & num. seqq. usque ad num. 29.
18 Christi omnis actio nostra est instructio.
19 Petrus Clementem sibi Successorem instituit & num. 57. & seqq.
20 Clementis Epistola 1. de ejus substitutione in Papatu referat, illius fides expenditur num. 59.
21 Bonifacius II. in Concilio Romano Vigilum sibi Successorem instituit.
Sed factum illud in Synodo iteram congregata fuit ab omnibus reprobatum num. 60.
22 Pontifices plures referuntur, qui Successores sibi elegerunt.
Contrarium num. 33.
Declaratur num. 61.
23 Papa ante transitum suum potest cum fratribus de Successore, decernere ac deliberare.
Declaratur num. 62.
24 Papa potest ex speciali gratia indulgere Episcopo, ut in mortis articulo sibi Successorem designet & num. 63.
Adrianus 1. Carolo Magno & Leo VIII. Othoni 1. dederunt potestatem eligendi, seu confirmandi Romanum Pontificem.
Contrarium num. 64.
Declaratur n. 65.
25 Papa potest Constitutiones facere super electione Successoris.
Declaratur num. 67.
26 Papa non prohibetur sibi Successorem eligere nisi de jure Canonico.
Contrarium num. 38. & seqq.
27 Papa non ligatur Constitutionibus Prædecessorum etiam in generali Concilio editis.
28 Referuntur Auctores, & fundamenta opinionis negativæ.
29 Paulus III. persuasit ad Cardinalem S. Marci ut sibi Successorem eligeret, omnino respicit.
30 Constitutio a Papa, vel a Collegio Cardinalium valide fieri non potest, ut Romanus Pontifex possit sibi Successorem instituere.
31 Papa non potest immutare statum Ecclesie.
32 tempore inhabili vel habili aliquid gerere paria sunt si effectus conferatur in tempore inhabili.
33 Potentia ejus est, cujus est actus.
34 Papa potestati repugnat potestas electiva Papæ.
35 Papa & Episcopus se habent ad Ecclesiam sicut vir ad uxorem suam.
36 Papa prohibetur sibi instituere Successorem jure nedum Canonico sed etiam divino, & naturali & num. seqq. usque ad num. 54.
37 Principis Summi institutioni sibi Deus reservavit.
38 In electione Papæ quanta sit virtus Spiritus sancti.
39 Sanctuarium Dei jure hereditario possideri non potest.
40 Petro per illa verba. Palce oves meas, non fuit collata potestas sibi Successorem instituendi.
41 Vicarius non potest suam potestatem alteri committere.
42 Potestatis defectus in agente semper reddit actum ipso jure nullum.
43 Redditi Ecclesiarum dare consanguineis cur gravior sit peccatum, quam dare extraneis.
44 Cæci sunt Episcopi erga nepotes.
45 Prælationem alicui conferre quia est consanguineus, est acceptio persona, quæ opponitur justitia distributiva.
46 Principem oportet esse optimum, & perfectum virtute.
47 Papa qualis eligendus.
48 Exceptio ætatis, dummodo adit rationis usus, contra electam à duobus partibus Cardinalium non admittitur.
49 Quæstio de ambiguis & ineptis fieri non debet.
50 Cardinalium Collegium est honorabilis Ecclesie membrum.
Cardinalium Collegium jure eligendi Romanum Pontificem privari non potest, ibi & n. seqq.
51 Error stultus Joannis Voichff.
52 Petrus ministerialiter etiam ab Apostoli electus fuit.
53 Pontificali autoritas non à quolibet, sed à Deo instituta est.
54 Petri factum sibi Clementem Successorem substituentis non est trahendum ad consequentiam.
55 Clemens à Petro electus renuntiavit Papatu, & cur.
56 Pontificum nullas præter Beatum Petrum, & Bonifacium II. sibi Successorem substituit, sed tantum designavit.
57 Aliis multa indulgemus, quæ nobis indulgere non possumus.

- 64 Cap. Adriani & cap. In Synodo, 63. distinct. autoritas & fides expenditur.
65 Papa non potest alteri tribuere facultatem eligendi Romanum Pontificem.
66 Nemo potest per alium facere quod per seipsum facere

Accepimus. Non valet pactum de succedendo post mortem Pralati in ipsius Ecclesia. Hoc dicit. Prima pars narrat excessum quem secunda præcipit corrigi, ibi: Veram.
Nota primò, pactum future successione in Beneficiis Ecclesiasticis non valere: ut hic est casus secundum Joannem Andream, Baldum, Bellameram, Cardin. & omnes. Exemplificat Petrus de Sampone in Ecclesia are alieno gravata, quam se non locuples volebat recipere exonerandam: eo tamen pacto, ut nepos in illa sibi succederet; & sequitur Joannes Andreas num. 1. in verbo Alit. Bellamera in principio in eodem verbo & Butrius num. 1. quod duplicem habet rationem.
Prima ratio est, quia Ecclesiasticæ dignitas non acquiritur successione seu Jure hereditario; sed Canonica institutione, cap. Apostolica 8. quæst. 1. & cap. Ad extirpandos, supra de filiis Presbiterorum; & hic notat Butrius in 2. notab. & Imol. num. 1. Altera ratio est, quia huiusmodi pactum inducit votum captandæ mortis, ut lego de fideicommissio, cod. de tranact. & lege finali cod. de pactis, ubi dicitur: omnes huiusmodi pactiones odiosæ esse videntur & plene tristes & periculosi eventus, cap. Nulla infra de concessione præbendarum, ibi: ne desiderare quis mortem proximi videatur: in cuius locum & Beneficium se crediderit succedendum, cap. Detestanda eodem titulo, lib. 6. ibi: aliena mortis votum ingeritur & Ecclesiis & Pralati ac personis Ecclesiasticis gravamina plurima inferuntur & cap. Ne captandæ eodem titulo & libro. Nefas autem est alicuius mortem sperare, lege Inter stipulantes, §. Sacram, ff. de verborum obligatione, lege Præter Severinam, §. Socias, ff. de condit. & demonstr. ubi dicit glossa, mulieres multum gaudere de morte maritorum. Bald. hic num. 2. & ob hanc rationem Leges Civiles sanxerunt ut quamvis possit quis habere spem succedendi ex fideicommissio: eo quod illa non sit hereditas viventi, sed defuncti, ut cap. Raynautus infra de testamentis: tamen apud substitutum morari non debeat in cui per obitum succedendum est, ut lege ultimâ cod. ubi pupill. educar. deb. & hic notat Petrus de Anchar. num. 2. versiculo Ex fideicommissio. Non obstat quod valeat pactum de hereditate viventi: dummodo ille consenserit & in consensu utique ad mortem perseveraverit, ut lege finali cod. de pactis. Quoniam respondetur speciale esse in Beneficiis Ecclesiasticis, ut quod hoc consensus Beneficium nihil operetur. Et est ratio specialitatis, quia non spectat ad eum dare Successorem in Beneficio, dicto cap. Detestanda de concessione præbendarum, lib. 6. & notat glossa in dicto cap. Nulla in verbo condemnare infra eodem titulo. Joannes Andreas hic num. 2. Bellam. in principio in 1. opposit. Butrius num. 6. & Cardin. num. 2. in 1. opposit.
Porro cum hæc ratio captandæ mortis alienæ in hac materia successione in Beneficiis Ecclesiasticis sit præcipua: ex hoc notabiliter infero, ut successio huiusmodi à sacris Canonibus non improbetur nisi in vacatione per obitum ejus cui succeditur in Beneficio. Secus si vacatio contingat per alium causam quam mortis: puta per Contractum Matrimonii, per promotionem vel affectionem incompatibiles aut per ingressum Religionis, quia in his casibus Papa potest facere pro ut quocidie facti gratia de Beneficiis viventi; cum esset ratio antè dicta, ut ex sibi Cancellarie excipitur in litteris casus vacationis per mortem. Ita post Collegiar. notat hic Bellam. n. 4. in 4. quæst.
Secundò, nota ex hæc Decretali secundum Petrum de Anchar. in 1. notab. & Joannem de Anania num. 1. pactum initum tempore prohibito non valere: licet ejus effectus conferatur in tempore permisum instar citationis quæ fit die feriato pro non feriato: quæ similiter non valet, ut notat Bartolus & Doctores in lege 1. §. Nunciatio, ff. de nov. oper. nunc. Canonice in cap. finali infra de ser. & est opinio vera & communis, ut per Lasfranc. de Orano in repetitione, ca. Quoniam contra, §. Citationis, versiculo Tandem queritur de 10. probat. Similis regula habetur in lege Si minor, ff. de ser. expost. ubi actus confirmari non potest, si adit inhabilitas persone à principio: licet conferatur in tempore permisum; & ita ibi est casus secundum Baldum. Sed contraria regula habetur in lege In tempus, ff. de hered. instit. ubi potest posse institui hæredem in tempore cum capere poterit. Materia est brochardica; sed dici potest in casu huius capituli, Canonem resiliere à principio ex iusta causa; ut videretur votum captandæ mortis & ideo pactum non subsistere: licet effectus conferatur in tempore habili secundum Anchar. & Joannem de Anania locis citatis. Vel dic in ultimis voluntatibus quæ morte confirmantur, finem esse attendendum; & ita procedit textus in dicta lege In tempus. In pactis vero & ubi agitur de viribus contractibus spectandum esse initium, ut in dicta lege Si minor & ita declarat Henricus Boich. in cap. Dudum, ille primo,

num. 14. versiculo Si quaratur de viribus relictorum & num. 21. versiculo Si de viribus contractibus, supra de elect. & ibi plene videas de hoc brochardo, utrum initium sit spectandum an non? Ubi materiam à num. 7. ferè per novem columnas luculenter examinat. Plura etiam in proposito cumulat Everard in Iva Centuria legali in loco à virtute finis; & adde Abb. in cap. De uxore num. 2. & 4. infra de sepultura.
Tertio, nota successione in Ecclesia Dei non esse aliquatenus tolerandam, quia est iniqua, detestabilis & sacris Canonibus inimica: ut dicitur in textu; Canones autem eam improbant, allegantur hic in glossa ultima non obstat, cap. Petisti 7. quæst. 1. quia ibi fuit specialis indulgentia Papæ; ut hic notat Holt. num. 2. in verbo Omnino frivolas. Bellam. in principio, versiculo Non obstat. Butrius num. 8. & Joannes Andreas in fine, dicens idem tenere Goffred. Tancred. & Holt. in cap. Constitutas, infra de concessione præbendarum; & eodem modo respondet Holtiensis hic num. 2. ad caput Constitutas infra eodem titulo. Vel dici melius illum textum non oblat, quia loquitur de potestate conferendi primum vacaturum; hic vero de pacto succedendi secundum Antonium de Butrio num. 8. versiculo Oppono ad idem & Cardin. num. 2. in 2. opposit. Verbaliter solve, ut hic per Cardin.
Ultimò, nota Episcopum non posse Ecclesiam alicui conferre cum pacto; ut ei post mortem alius succedat. Butrius hic in 4. notab. Quod secundum Abbatem facti ad questionem numquid Pralatus possit sibi eligere Successorem; & concluditur non posse, cap. Episcopo non ac ferè per tot 8. qu. 1. nisi cum autoritate Papæ ut probat text. in d. c. Petisti, 7. quæst. 1. ubi hæc facultas Successorem sibi eligendi in mortis articulo tribuitur à Papa Archiepiscopo Moguntino ex speciali gratia; sed de intellectu illius textus, vide quod scripsi in cap. Nulla n. 48. & 49. & 78. infra de concess. præb.
Quæro an Papa possit sibi Successorem substituere.
In partem affirmativam inclinat Petrus Episcopus Britien. in suo magno Repertorio in ver. Papa, ubi relata opinione glorie in cap. Apostolica 8. quæst. 1. sententiam Papam non posse sibi eligere Successorem: foris, inquit, hoc non est verum, quia hoc tantum videtur prohibitum de jure positivo contra quod Papa potest dispensare, sed tandem cogitandum relinquunt. Hanc tamen opinionem sustinere posse in via disputativa, & potestate absoluta, firmat Dec. in cap. Licet de vitando, num. 8. vers. Sed tamen disputative, supra de elect. & ex Theologis eam sequuntur Victor. in relect. de potest. Eccl. quæst. 2. num. 23. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 20. conclus. 2. cum duob. seqq. pag. 313. Suar. de jure tract. 1. sect. 4. num. 16. & Gabr. Valq. tom. 3. in 3. part. disp. 244. cap. 3. à num. 2.
Pro qua offertur primò exemplum Christi Domini, qui suo arbitrio Petrum sibi Successorem instituit cum post resurrectionem dixit ei Joan. 21. Pisce, oves meas, cap. Significasti & ibi glossa. in ver. Pisce, Abb. & Dec. ambo in 2. notab. supra de elect. Ergo idiplum licebit Romanis Pontificibus, qui vices Christi gerunt, c. Ad Apostolicæ §. Nos itaque de re judic. lib. 6. quia omnis Christi actio nostra est intrudicula d. cap. Significasti. Quo argumento utitur Dec. in d. cap. Licet, num. 7.
Secundò ad hanc partem inducitur text. in c. Si Petrus, 19. 8. quæst. 1. ubi refertur B. Petrus Apostolorum Principem sibi elegisse Successorem sanctum Clementem. Quod ipsemet Clemens attestat in Epistola prima ad Jacobum fratrem Domini dicens: Simon Petrus in istis diebus, quibus vita finem sibi præsentit, apprehensa manu mea venientem consurgens in auribus tuis Ecclesia hæc protulit verba: Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea prædicationis & doctrina Cathedram trado: ut refertur in cap. Unde, ead. cas. & quæst. & latius in eadem Epistola, quæ habetur integra tom. 1. Conciliorum part. 1. fol. 27. col. 1. Hoc autem Petrus utique non fecisset, si Jure Divino & Christi institutione prohibitum extitisset, c. Sunt quidem, 25. qu. 1.
Tertio, ad idem refertur decretum quo Bonifacius II. in Concilio Romano I. Vigilum Diaconum sibi Successorem delegit anno Christi 531. Cum enim Gorhorum Rex impetum sibi usurpassent electionem Voichff. Bonifacius Ecclesie consultum putavit, ut nullo relicto Sedis vacantis loco, Successorem sibi constitueret. Cujus rei meminit Anastasius Bibliothecarius in vita ipsius Bonifacii; & habetur, tom. 2. Conciliorum part. 1. fol. 643. col. 2. & fol. 646. col. 3. in hæc verba, Hic, scilicet Bonifacius, congregavit Synodum in Basilica Beati Petri Apostoli & fecit constitutum, ut sibi Successorem ordinaret. Duo constituto cum chororathis Sacerdotum & iurjurando ante confessionem B. Apostoli Petri in Diaconum Vigilum constituit. Hæc ibi: nec 22

87. dist. Et item dicendum de aliis personis, que nomen-
tantur in l. 1. §. fin. & quibus l. seq. ff. de postul. se-
cundum Innoc. hic in fin. Host. n. 12. & 13. Joan. Andr.
num. 7. Bellam. num. 1. in ver. Misericordibus & plerumque in
1. not.

18 Verum idem Host. num. 13. ponderando verba illa textus
que proprias causas administrare non possunt, dicit, legera
non esse verbum, sed rebus propriis imponendam, l. 2. in fin.
C. com. deleg. Ideoque non omnes viduas & pupillos reputari
miserabiles, quia multoties sunt divites & potentes; quare
in talibus magis est consideranda oppressio potentia quam
denominatio: de quo remittit ad ea, que notantur in cap.
Significantibus supra de Officio Delegati; & eum sequuntur
hic totidem verbis Joannes Andreas num. 8. in verbo Non
possunt: Bellam. num. 1. in eodem verbo. Card. in 6. not. qui
restringit hunc textum ad impotentes propter sumptus; & sic
ad pauperes & Abbas in 3. notab. dicens ad hoc non sufficere
miserabilitatem in habitu; sed debere esse in actu, quia textus
hoc non permittit indistincte pro miserabilibus; sed pro illis
que proprias causas administrare non possunt, ut quia sunt
vidue & pauperes; vel si sint divites non reperiant Advocatos.
Te adverte, quia secundum hanc pro vidua vel pupillo aut
orphano divite Clericus in foro laico parocinari non poterit;
nisi in casu oppressionis: quod non puto verum, quia in his
personis non requiritur oppressio, sed consideratur ipsa mise-
rabilitas propter fortunam injuriam, ut probat textus in lege
unica, §. Quid si pupilli, cod. quando Imperator inter pupil.
& vid. ibi. Præsertim cum alicujus potentiam perboetolcum,
ponderando dictionem præsertim: que implicat idem in casu
contrario, pro ut illum textum ad hoc ponderat Natia conf.
590. circa præsentem, num. 3. Alioquin soli pauperes poti-
terent privilegio miserabilium personarum & jura frustra ex-
pressissent viduas, pupillos, senes confectos, debiles & diu-
turno morbo fatigatos, ut in dicta lege unica; & alios de
quibus per Innoc. & DD. in dicto cap. Significantibus de
Officio Delegati. Nec placet expositio Cardinalis, quod per-
sonæ miserabiles hic dicantur: que res proprias administrare
non possunt, id est quoad sumptus. Imò enim textus considerat
potius impotentiam ex ipsa miserabilitate provenientem: vide-
licet quia vidua propter sexus imbecillitatem & carentiam viri,
pupillus & orphanus propter defectum ætatis & parentum;
rebus suis superesse non possunt nec habent defensores, ut
bonè per Notam dicto conf. 590. num. 8. ad hoc caput De-
fensionis 87. dist. ibi de solatis auxilio & qui suis actibus
adesse præ ætatis infirmitate non possunt: pondera, quia non
dicitur propter sumptus; sed propter ætatis infirmitatem. Unde
illorum patrocinium suscipere opus pietatis est: quod & Sa-
cerdotes decet impendere, ut cap. 1. & per tot. eadem dist.
quamobrem consimilia privilegia competere personis miserabi-
libus, etiam si divites affluant: latissimè defendimus in præ-
dicta Decretali Significantibus à num. 40. versiculo contrarium
tenet Azo usque ad num. 58. & hic jungit quod de cæco divite
scripti in capite Licet, à num. 9. usque ad num. 15. infra de
cessibus.

19 Declaratur octavo eadem regula ultra textum, ut non
procedat in causa conjuncti seu consanguinei in qua Clericus bonè
potest esse Advocatus in foro seculari, ut in cap. finali infra
eodem secundum Innoc. hic num. 1. in verbo Sacerdotes autem,
Petrum de Sampson, Abbatem, Antiqui, & Host. quos sequitur
Joannes Andreas num. 7. in verbo Præsentibus. Bellam. num. 1.
circa finem in eodem verbo. Sed glossa in dicto cap. finali dicit
non esse verum indistinctè, ut Sacerdotes possint postulare
pro conjunctis; sed solum quando sunt impotentes vel ita

bonum Advocatum invenire non possunt; & sequitur Anchar.
hic num. 2. qui videtur restringere illum textum ad conjunctos
si sunt miserabiles: alios non per glossam præallegatam. Sed
certè hæc est magna restrictio ad illum textum qui loquitur
alternativè ibi Pro personis conjunctis aut miserabilibus: tamen
glossa bonè dicit, quia textus hoc permittit sub illa conditione
si necessitas imminet; & vide quod ibi plenius scriptum nam. 7.
& sequentibus.

Declaratur nono, ut quamvis Clericus regulariter prohibe-
atur postulare: non tamen prohibetur domi allegaciones
conficere & consilium petentibus dare etiam in scriptis fecan-
dum Alciat. respon. 91. num. 4. nam postulare est desiderium
suum vel amici sui in iure apud eum qui jurisdictioni præest,
exponere vel alterius desiderio contradicere, cap. Infans, §.
Sunt autem 3. quæst. 7. l. 1. §. Postulare, ff. de postul. glossa
in cap. ultimo in verbo Postulare infra eodem. Pondera illa
verba in iure: id est in loco in quo solet jus reddi, ut lege
penultima, §. finali, ff. De Justitia & Jure; & exponit
glossa in dicta lege 1. in verbo in Jure: ex quo sequitur ut
prohibitus postulare non censetur prohibitus domi consulere;
& hoc tenet Bartolus in lege 1. §. Advocatus num. 3. & 4. ff.
De var. & extraordin. cognit. Abbas supra in rubrica num. 1.
Alciat. respon. 30. numero 22. volum. 1. Rosella, Angel.
Silvester, Arnil. & Tabien. omnes in verbo Advocatus in
principio.

Declaratur ultimo supra scripta regulà, ut non obtineat in
Curia Romana ubi contrarium servatur de consuetudine: ut
attestatur Orlavianus Veltrius in sua Practica lib. 3. cap. 4.
num. 4. dicens: Ex tolerantia Pontificis servatum esse ut Clerici
in Romana Curia Advocacionis & Procuracionis publica munera
exerceant contra Juris regulas. Major. de regulis lib. 5. cap.
19. num. 4. & novissimè Stephanus Gratian. discept. forensi.
cap. 57. num. 38.

Porrò in omnibus illis casibus in quibus dictum est Clericum
posse in foro seculari Advocacionis Officio fungi: hoc limitari
debet ut non procedat in causa sanguinis in qua Clericus se
immiscere non debet: etiam ad defensionem accusati propter
periculum irregularitatis; si forte ex ejus imperitia accusatus
succumbat & decapitetur vel mutiletur; vel propter ipsius
Advocati malitiam & cavillationem, penam talionis libeat
accusator: ut hic firmat Hostiensis num. 6. cum quo Joannes
Andreas num. 11. & cæteri transierunt; & vide eundem Host.
in cap. Ad audientiam n. 1. ver. Quid si aliquis de homicid.
cujus dicta huc transtulit Joan. Andr. ubi supra, ubi querit de
Clerico jurisperito qui fratrem suum accusatum criminaliter,
suo patrocinio adjuvit, adeo ut absolutus fuerit & accusator
ultimo supplicio affectus, an sit irregularis & arguit pro se
contra & post prolixam discrepationem videtur concludere
Clericum non esse irregularem, si reus absolvatur ex eo,
quia accusator nihil probavit, vel probavit per falsos testes,
de hoc convictos: tunc enim videtur potius ex propria calu-
mnia dampnari, quam ex factis Advocati ipsius rei. Secus
verò si constaret reum esse culpabilem, & Advocatus suis
falsis probationibus & allegationibus illum obtinuisse absolvi
vel aliis directè & sine protestatione vel contra protestatio-
nem veniendo calumniam accusatoris arguisset, propter quod
accusator fuisset decapitatus: nam hoc casu Clericus absque
dubio esset irregularis. Subdit tamen Host. quod & si hæc
magistraliter & ad studentium exercitium scripserit, hujus
tamen dubii solutionem Pape reservat, ad quem pertinet
hujusmodi dubia declarare, c. Per venerabilem, §. Rationi-
bus infra, qui fil. sunt legitimi.



DE POSTULANDO.

Gregorius IX.

CAPUT III.

Cum Sacerdotis sit officium nulli nocere, omnibus autem velle prodesse. Non-
nisi pro seipso, vel Ecclesia sua (si necessitas imminet) pro personis con-
junctis, aut miserabilibus, sibi licitum est postulare: & infra. Clericus autem qui
contra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis advocatus, vel procura-
tor esse præsumit, tanquam ingratus potest (maxime si Clericus sit ejusdem Ec-
clesiæ) beneficium hujusmodi spoliari.

SUMMARIUM.

- 1 Advocacionis Officium Sacerdoti exercere non licet. etiam in foro Ecclesiastico.
- 2 Nisi in quatuor casibus hic exceptis, num. 5. & seqq.
- 3 Sacerdotis Officium est nulli nocere, omnibus autem velle prodesse.
- 4 Advocacionis Officium coram Jure Ecclesiastico; Clerici etiam in Sacris & Beneficiis exercere possunt etiam pro laico: Sacerdotes sacri.
- 5 Advocatus esse potest Sacerdos pro se & Ecclesia sua.
- 6 Casus Ecclesiæ non dicitur propria iustus Reclor.
- 7 Sacerdos potest esse Advocatus pro conjunctis, qui alium Advocatum non recipiunt: vel non aequè bonum.
- 8 Conjuncti dicuntur conjunguntur & affines ex licita copula usque ad quartum gradum.
- 9 Illi qui verè usque ad secundum.
- 10 Canonici & Clerici ejusdem Ecclesiæ veniunt conjunguntur appellati.
- 11 Amicus Intimus fraternæ charitatis dilectus, potest dici conjunctus.
- 12 Sacerdos potest patrocinari pro miserabilibus personis: etiam si divites sint.

- 13 Non tamen contra Ecclesiam suam, nisi imminet necessitas & num. 20.
- 14 Sacerdos qui est Advocatus vel Procurator, pro extraneo contra Ecclesiam in qua vel à qua Beneficium obtinet: tanquam ingratus, est ipso jure privatus Beneficio.
- 15 Libertus qui contra Ecclesiam iustificatur vel agit, in servitutem revocatur.
- 16 Vassallus qui est Advocatus vel Procurator, contra Dominum potest seudo privari.
- 17 Beneficium collatum remunerationis causa non est gratuitum, nec eo privari qui potest propter ingratitude.
- 18 Doctor habens salarium à civitate non prohibetur contra eam esse Advocatus.
- 19 Donatio facta magistro ex causa discipline non est mera donatio, nec indiget infirmatione.
- 20 Sacerdos, si necessitas imminet, potest esse Advocatus pro conjunctis contra Ecclesiam suam.
- 21 Vassallus, qui contra Dominum est Advocatus pro conjunctis, non potest ob id seudo privari.

Cum Sacerdotis. Se summat, & partes per se parent.
Secundum ibi, Clericus.
Nota ex prima parte textus regulam eum quatuor limi-
tationibus.

1 Regula est, Sacerdoti non esse licitum advocacionis officium exercere, seu postulare, ut hic est expressum: & habet locum hæc regula etiam in foro Ecclesiastico: nam est Hostiensis hic num. 1. dicit appellatione Sacerdotum, de quibus loquitur hoc capitulum comprehendit etiam Clericos in sacris, qui non & in minoribus si sint beneficiati, & num. 8. tenet Sacerdoti esse illicitum postulare in foro seculari duntaxat, non autem in foro Ecclesiastico, nisi cum perceptione salarii: tamen ejus opinio ab antiquis, & modernis Doctoribus communiter reprobat: Tum quia advocacionis officium Sacerdotibus non prohibetur in hoc capitulo adjectis illis verbis, coram seculari iudice, sicut fit in c. 1. supra eod. Sed prohibetur simpliciter & absolute. Ergo debet intelligi generaliter tam in foro seculari, quam in foro Ecclesiastico: Tum quia secundum opinionem Host. hoc capitulum nihil adderet ad dictum, c. 1. & superflueret, quia Clericus in sacris & inferioribus beneficiis hoc jam fuerat prohibuit in eodem c. 1. Ergo aliquid speciale voluit hæc Decretalis inducere in Sacerdote, cujus officium est nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, ut hic dicitur & in c. Denique 14. q. 5. & sic Sacerdos non debet nocere alteri, neque in veritate, neque quoad opinionem, quia non debet inservire uni & alteri displicere & idem prohibetur advocacionis officium exercere ut hic per Abb. in 1. notab.

2 Tene igitur differentiam esse inter Clericos & Sacerdotes nam Clerici etiam in sacris & beneficiati in foro Ecclesiæ possunt esse Advocati etiam pro laico, præterquam in causa sanguinis, ut dicit c. 1. num. 7. & num. 13. supra eod. sed Sacerdotibus hoc non licet etiam coram Jure Ecclesiastico nisi in quatuor casibus hic exceptis; & ita tenent hic Philipp. Per. de Samp. & Innoc. in princ. in ver. Postulare Fagnan. in l. Lib. Decretal.

num. 2. in ver. Licetiam. Joan. Andr. num. 4. Collectar. num. 1. Bellam. num. 1. in ver. Postulare & communiter moderniores sequentes, ut testatur Abbas Siculus numer. 5. vers. Et ex his sentit. Idem tenet Speculator in tit. de Advocat. vers. Sacerdos. Primus casus hic exceptus, in quo Sacerdos potest esse Advocatus est pro seipso. Secundus pro Ecclesia sua: & hinc collige secundum Abb. hic in 2. notab. 6. causam Ecclesiæ non dici causam propriam ipsius Recloris, cum hic ponatur ut diversæ; ad idem textum in cap. 1. supra eodem ubi hoc ipsum notat idem Abb. in 2. notab. tertius casus hic exceptus est pro conjunctis, pro quibus tenet ita demum licet Sacerdoti postulare, si necessitas imminet, ut dicitur in textu: tum quia propter impotentiam nequeant habere Advocatum vel non aequè bonum licet Sacerdotem; pro ut hæc litteram exponit gloss. 2. Abb. Antiqui. num. 1. in ver. Necessitas, Hostiensis. num. 7. in eod. ver. Collectar. num. 3. Abbas Siculus in 2. notab. & reliqui omnes argum. l. Exigentis, c. De Procurator. & sic limita quod de conjunctis generaliter dixerunt Innocent. & alii in c. 1. supra eodem. Dicuntur autem conjuncti qui reventur in l. Sed hæc persona, ff. De Procur. & ple-nius in c. Infans, §. Nam ut præmissimus, vers. Alii enim omnes 3. quæst. 7. & latè per Anchar. in dist. c. 1. in 1. notab. supra eodem, ac præter eos etiam consanguinei, & affines usque ad quartum gradum, ut l. Petitionem, §. Licetiam, Cod. De Advoc. divers. iudic. & c. non debet infra de conjung. & affinit. secundum Host. hic num. 7. in ver. Conjunctus. Sed quoad affines hodie hoc intelligitur ex legitima copula, quia affinitas ex fornicatione restricta est ad primum & secundum gradum à Cone. l. Tridentino in c. 4. sess. 24. de reformat. Matrimon. Conjuncti etiam dici possunt conjunctione spirituali Confratres, seu Clerici ejusdem Ecclesiæ vel Canonici, argum. c. Cum R. Canoniz. supra de offic. deleg. & tenet hic gloss. 2. Hostiensis ubi supra vers. Et etiam de Canonico, Anchar. in 2. notab. Abb.

nam. 4. & plerique alii: licet Cardin. contra in 5. *quasi*. Sed die ut proxime dicam de amico. Quin imò conjunctus dici potest etiam amicus intimus fraternae charitate dilectus argum. 1. *Nemo dubitat*. §. *Qui frater ff. De heres. instit. l. Lata*, §. *Amicos*, ff. *De verbos. significat*. Quod satis potest permitti si non pecunia, sed Dei charitas hoc operetur, ut inquit Hostiens. loco citato, quem totidem verbis sequitur Joan. Andr. num. 12. Butr. num. 18. Anchar. *ubi supra*, licet Abb. num. 4. videatur hoc dubium revocare, & contrarium tenet Cardinalis in 4. *qu.* magis placet primum quoad potentiam exercendi advocatiois officium licet secus sit quoad potentiam agendi sine mandato, ut per Butr. *ubi supra*. Ad quod vide quod scripsi in cap. Cum M. num. 94. *suprà de Confit.*

Quartus casus hic exceptus, in quo licitum est patrocinari, est pro miserabili persona, nempe vidua, pupillo, orphano & consimilibus, de quibus in c. 1. §. 2. 87. *dist. 87* in c. 1. §. 7. 88. *dist. 88*. & per Innocent. & DD. in c. *Significatus supra de offic. deleg.* & hoc intellige etiam si non imminet necessitas, id est timor oppressionis, argum. *leg. Unica*, §. *Quod si pupilli. vers. Praesertim*, C. *Quand. reser. inter pupill. & vidu.* nam conditio illa, quae habetur in hoc cap. ibi, *si necessitas imminet*, videtur referenda ad conjunctas duntaxat, non autem miserabiles personas, de quibus textus loquitur disjunctivè per dictionem, *Aut c. Nos in quacumque 2. quasi. 1.* Quod videtur ex mente gloss. 2. hic dum ait, hanc Decretalem restringi quodammodo ad necessitatem quantum ad conjunctas; quali sentiat non quantum ad miserabiles. Ex quo infero, ut pro miserabilibus persona possit Sacerdos esse Advocatus etiam si divites sint ut scripsi plenè in c. 1. in 7. *de declaratione supra eodem*. Factor tamen dari casum, in quo non sufficit ut persona sit miserabilis, nisi imminet necessitas, videlicet si Clericus vellet esse Advocatus pro aliquo miserabili contra Ecclesiam suam hoc enim et liceret tantum necessitate imminente, ut hic per Host. num. 9. *vers. Quin imò de Joan. Andr. n. 7.* & dicam *infra* num. 20.

Secundò nota ex secunda parte textus usque adeo prohibendum esse Clerico Procuratori vel Advocati officio fungi pro extraneis contra Ecclesiam, à qua (id est ab Episcopo secundum Abb. Antiqu. *hic in fin.*) vel in qua beneficium obtinet, ut ex hoc cap. ipsi possint beneficio tanquam ingratum, ut hic est casus secundum omnes & de ipsiari, scilicet de facto, qui dicitur esse ipso jure privatus, secundum Hostiens. num. 13. in *ver. Sponsari*, & Joan. Andr.

nam. 8. & est simile in libero, qui contra Ecclesiam testificatur, vel agit, in servitutum revocatur, c. *De falsis supra de serv. non ordinan.* & ex hoc inferitur doctores, ut Vassallus non possit esse Advocatus, vel Procurator contra Dominum; aliis tanquam ingratis potest seudo privari, ut in *titul. In quibus causis seudo amitt. in vrb. feud. argum.* hujus Decretalis, ut hic in gloss. *ut. &* per Abb. num. 3.

Sed circa hoc declara primum hunc textum, ut procedat in beneficio gratuito. Secus vero si quis obtinere beneficium ab Ecclesia, vel civitate ex causa remunerationis, & pro servitiis impensis, quia tunc beneficium non esset gratuitum; & ideo Clericus aut Vassallus non potest eo spoliari propter susceptum munus Advocatiois vel Procuratiois contra Ecclesiam vel Dominum feudum, ut tenet Speculator *de Advocat. §. 1. ver. Sed numquid potest numer. 22.* & hic firmant Vincentius, Abb. Antiqu. num. 2. in *vers. Clericus*, Joan. Andr. num. 5. Butr. num. 13. & Abbas Siculus num. 3. qui ex hoc deducit, ut Doctores habentes salarium à civitate non prohibeantur contra eam munus advocatiois suscipere, quia illa non est donatio gratuita, sed quaedam remuneratio: ad quod est bonus textus in *l. Aquilinus Regulus*, ff. *de donat. ubi quod donatur Magistro ratione disciplinae*, non est mera donatio, nec indiget infirmatione. Et quod concessio à Principe facta propter benemerita, seu ex causa remunerationis, revocari non possit etiam ingratitude superveniat per textum in *l. Si pater*, §. *Si quis, ff. de donat. tradit Alexander. consil. 216. num. lib. 2. Felin. in c. 1. n. 10. vers. Secunda dispositio supra de rescript. Dec. consil. 186. Pro tenui num. 4.* & adde in proposito quod scripsi in c. *Consultationibus numer. 62. &* *sequ. infra de Cleric. egrot.*

Declara secundò hunc textum, ut vendicet sibi locum si Clericus contra Ecclesiam suam munus advocatiois vel procuratiois suscipiat pro persona extranea; nam littera dicit pro extraneis. Ergò à contrario sensu pro conjunctis sicut lumpis, vel pro miserabilibus si necessitas imminet, non prohibetur, ut contra Vincentium, qui litteram ibi, pro extraneis supplebat, maxime firmant hic Abb. Antiqu. num. 9. Hostiens. num. 9. *vers. Quin imò*, Joan. Andr. num. 7. Butr. num. 14. Abb. Sicul. num. 6. & communiter DD. de quo tamen dic plenius, ut per Specul. *de Advocat. num. 19.* inferentes ex hoc, ut si Vassallus sit Advocatus vel Procurator pro conjuncto contra Dominum, non possit ob id seudo privari, ut per Abb. Antiqu. loco citato Collect. num. 5. & Specul. *dist. 11. de Advocat. num. 30.*



DE HIS QUAE VI METUS VE CAUSA FIUNT

Alexander III. Ofsen. Episcopo, & Priori Sancta Maria Casarang.

CAPUT I.

Perlatum est ad audientiam nostram, quòd cum quidam nobilis & potens M. uxorem suam suspectam haberet, milites sui ejus p̄cepto eam ad quamdam silvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt; sed tandem pietate ducti, sub tali conditione pepercerunt eidem, quòd in Monasterio de Colobris habitum susciperet Monachalem: & infra. Episcopi verò missi à viro, ut ei velum imponerent: quia juvenis erat, & filium parvulum habebat, mutationem vitæ suæ suspectam habentes, seorsum convenerunt eandem: quæ rem patefaciens, quòd mortis timore Monasterium intrabat, proposuit: & quòd inde quandocumque posset, exiret; sed alter Episcopus (ut viri tyrannidè satisfacere videretur) mulieri velum imponere simulavit: tandem viro de medio sublato, prædicta mulier de Monasterio exiens, alium maritum accepit, quos Calaguritanus Episcopus ad instantiam Sororum, vinculo excommunicationis adstrinxit: & infra. Ideòque mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum recepto sacramento, quòd vestro debeant stare mandato) ab excommunicationis vinculo absolvatis: deinde tam mulierem, quàm Priorissam, & Moniales præscripti Monasterii, ante vestram præsentiam convocantes, si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, aut quod fecit, postmodum ratum habuisse, ipsam ad Monasterium redire, & habitum depositum reassumere, censurâ Ecclesiasticâ compellatis.

SUMMARIUM.

- 1. Professio metu mortis emissa non obligat, nisi sponte ratificetur & num. 5. & seqq.
- 2. Moniales agere non possunt ad recuperationem sororis à Monasterio egressa sine consensu Abbatis.
- 3. Abbas, vel Abbatisa possunt esse in judicio sine consensu Monachorum vel Monialium ibidem.
- 4. Metus mortis qualiter probatur.
- 5. Metus mortis in actibus à libera voluntate pendentibus inficit actum ipso jure.
- 6. Metus mortis in ordine ad professionem extorquendam.
- 7. Metus mortis presumitur semper durare quandiu vivit is, qui metum incussit.
- 8. Declaratur num. 10. vers. Limita.
- 9. Metus continuus per patientiam non purgatur.
- 10. Silentium quando habetur pro dissentio.
- 11. Religionem ingrediens timore mortis, quando & qualiter tenetur professari.
- 12. Professio durante metu mortis, an & quando sit facienda coram probis viris.
- 13. Mulier que metu mortis Religionem intravit, potest quando documque exire, & Matrimonium contrahere, nisi mortuo viro ingressum ratificaverit.
- 14. Professio metu mortis, an statim, cessante metu, censetur professionem ratificasse.
- 15. Intellectus c. 2. de Regul.
- 16. Professio expressa non inficitur ex metu, nisi cadente in constantem virum.
- 17. Professio debet esse vestita iusto timore.
- 18. Professionem tacitam impedit qualicumque metus, aut presumptio, vel professatio, ibidem.
- 19. Et quid in metu reverentiali.
- 20. Regularis, qui ex causa nullitatis professioni à Monasterio exivit, de jure communi potest in seculo remanere quandiu causa nullitatis duraverit.
- 21. Secus post Concilium Tridentinum.
- 22. Professio nulliter an possit in foro conscientie à Monasterio exire non servata forma à Concilio Tridentino prescripta.
- 23. Professio in Conventu non designato ad recipiendum Novitium contra formam decretorum Clementis VIII. an possit libere ad seculum redire tam intra, quam post quinquennium à Tridentino Concilio prescriptum in c. 19. *l. 25. de Regular. &* num. *sequ. usque in fin.*
- 24. Professio in Conventu non designato ad recipiendum Novitium, nec expressè, nec tacite fieri potest.
- 25. Professio appellacione venit etiam tacita, & num. sequenti.
- 26. Professio expressa, qui non potest emittere, nec potest tacitam, ibidem.
- 27. Professio expressa an sit majoris virtutis, quam tacita.
- 28. Professio etiam tacita sublata est à Tridentino Concilio c. 15. *l. 25. de Regul.*

- 29. Reversio adversus lapsam quinquenni ad deducendam professionem nullitatem, quibus clausulis concedatur, & num. 33. & 38.
- 30. Professio in locis non designatis ad recipiendum Novitium, an sint obligati ad Religionem in genere & num. 32.
- 31. Professio infra annum probationis emissa de jure, an obliget ad Religionem in genere & num. *sequ. &* num. 31.
- 32. Professio emissa in Religione non approbata, an obliget ad Religionem in genere, ibid. & num. 30.
- 33. Obligatio ad Religionem in genere, an dirimat Matrimonium postea contractum.
- 34. Professio in Conventibus non designatis ad recipiendum Novitium, an teneantur deducere causas nullitatis professionis infra quinquennium, & coram Superiore regulari, & ordinario & num. 37.
- 35. Concilium Tridentinum in c. 19. *l. 25. de Regular. an habeat locum in impedimentis perpetui &* n. 39.
- 36. Professio per vim, & metum elapso quinquennio à die professionis, etiam si pretendatur vim, & metum semper durasse, non sunt audiendi nisi infra quinquennium reclamaverint.
- 37. Vir Professus in Monasterio Monialium est illic ejiciendus non obstante lapsa quinquenni.
- 38. Notorium facti permanentis nulla eget probatione.
- 39. Ordo iudicii in notoriis non requiritur.
- 40. Lex non debet esse nutritiva peccati.
- 41. Professionem tacitam Concilium Tridentinum per prescriptionem quinquennis non inducit, sed ausentiam denegat & num. 49.
- 42. Professio tacita an sit à Concilio sublata, & quando incipit & finitur.
- 43. Professio & votum requirunt consensum jure naturali divinum.
- 44. Consensus defectus in Matrimonio tam carnali, quam spiritali suppleri non potest.
- 45. Professio nulliter, non potest cogi ad iteram professandam, ibidem.
- 46. Reversio in integrum contra professionem non datur, etiam si dolus intervenisset.
- 47. Quæstionis solutio.
- 48. Episcopus, aut Capita ordinum non possunt restituere Regulares adversus lapsam quinquenni.
- 49. Decreta Clementis VIII. de Novitiis ad habitum & professionem non recipiendis ad quos terminos restringantur.
- 50. Actus gesti à superioribus non legitime professi sustineri possunt ex communi reputatione.
- 51. Reversio in integrum adversus lapsam quinquenni an possit iuste denegari nulliter professi.
- 52. Litteræ S. D. N. Urbani de admittendis professis in locis non designatis ad novam professionem qualiter intelligenda.

Perlatum. Si quis timore mortis postea ratum non habens Religionem profiteatur, exire, & Matrimonium contrahere poterit. Secus si à principio, vel ex post facto liberè consenserit. Hoc dicit Secundum Joan. Andr. & DD. communiter, vel breviter secundum Baldum: Velum susceptum metu mortis non obligat, si non est sponte ratificatum. Et sunt duæ partes. Prima narrat factum. Secunda dat Judicium, ibi, *Ideoque*.

Nota primò ibi, *Ad instantiam sororum, Religiosus agere potest contra eorum professionem, qui dimisso habitu à Monasterio exivit, eumque judicialiter repetere.* Ad hoc l. 1. & quod ibi notatur, ff. *de rei vendic. intellige de consensu Superioris*: aliis enim Monachi, seu Moniales agere non possunt per se sine Abbate, seu Abbatisa, cap. *Causam, infra de judic.* Nec refragantur verba hujus textus, *ad instantiam sororum*, quia intelliguntur de Priorissa; & Monialibus, ut colligitur ex *vers. Ideoque*, solum tamen Abbas, vel Abbatisa, seu Priorissa bene potest esse in judicio sine consensu Monachorum, vel Monialium, arg. cap. *Edacervi, sup. de rescript. &* expressius in cap. *Abbatis*, 18. *quasi. 2.* & hoc tenent Innocent. in *prin. in ver. Sororum*, qui supplet, & Priorissa, quia ipse sine Priorissa non possunt agere, sed ipsa sine eis potest, & sequuntur Hostiens. num. 3. in *ver. Sororum*, Joan. Andr. num. 5. Abb. num. 3. & alii communiter, licet Butr. num. 7. dicat & non bene solum Abbatisam absque Monialium consensu non posse in judicio esse pro recuperatione Monialis, que dicitur aufugisse. Motus forte ex littera ibi, *Priorissam, &* *Moniales ante vestram presentiam convocantes.* Quod tamen non obstat, quia hic contingit in facto, ut actio fuerit intentata conjunctim

nomine Priorissæ, & Monialium, ut patet supra ibi, *ad instantiam Sororum.* Unde merito omnes fuerunt vocande, intellige per Procuratorem, & non per se, cap. 2. *de judic. lib. 6.* Joan. Andr. *hic* num. 8. Sed hinc non sequitur ut à principio Priorissa non poterit agere sola ad recuperationem tuæ Monialis.

Secundò nota irritam esse professionem emissam timore mortis, & observa praticam probandi iustum metum, ut articuletur in probanda comminatione mortis quod evaginatio gladio in loco solitario minatus est, & sic ad actum propinquum morti est devenit, secundum Anton. de Butr. *hic* 2. *notab. numer. 4.* & Joan. de Anan. *numer. 1.* talis enim metus dicitur cadere in constantem virum, ut l. *Nec timorem, &* l. *Isti quidem*, ff. *Quod met. cau.* Hostiens. *hic* *numer. 2.* in *ver. Evaginatio gladio*, & Joan. Andr. num. 3. Unde non mirum si in actibus à libera voluntate pendentibus timor mortis ipso jure inficit actum, ut hic per Butr. *numer. 9.* in 3. *notab.* Quod tamen notabiliter limita dummodo metus mortis fuerit incussus in ordine ad extorquendam professionem juxta terminos hujus Decretalis. Alias enim si metus mortis ex infirmitate, vel naufragio, aut conscientia scelerum, vel aliter sibi imminens, aut etiam ab homine incusso qui profiteretur, professio non esset nulla, ut probatur in cap. *Sicut*, il *secundo, infra de regular. &* *dist. plenè in cap. 2. numer. 81. eod. tit.*

Tertiò nota ibi, *Viro de medio sublato, &* *ibi, postmodum ratum habuisse, metum præsumi tempore durare quandiu vivit ille, qui metum incussit, &* sic causa metus perdurat, prout hic not. Innocent. *numer. 1.* in *ver. Ratum*, dicens metum mortis non tacitum imminere quando gladius erat